Lettres

Des Commissaires nommés par le Roy par Lettres patentes du 11e juin 1330 portant remission a Philippes Lauthardc changeur a Monpellier des Malversations au Sujet des Monnoyes dont il Etoit accusé en payant par luy 150 [ll] petites

En Feurier 1346.

Philippus &c Notum facimus universis tam praesentibus quam futuris nos infra scriptas vidisse litteras formam quae sequitur continentes

Noverint universi quod anno domini Millesimo trecentesimo trigesimo primo et die octava Mensis julii domino Philippo Rege francorum Regnante, cum Philippus Lauthardc mercator et Cambiator Montispesulani delatus fuisset curiae Regiae Coram Subscriptis dominis quod abuteretur falsa Moneta Regia et contra facta et

ipsius de Regia Moneta falsa et contra facta
Esse fabricator aut conscius diceretur se pro
justitia subeunda et innocentem se dicens praesentavit
et Exhibuit nobili et venerabili viro domino de
Probavilla domini Regis clerico et Commissario
in Senescallia Bellicadri dictae Senescalliae
prout constat per litteras Regias quarum
tenor talis est

Philippe par la grace

de Dieu Roy de France a nos amez et feal
~~Paravilla~~ et Mre Pierre de Paille notre
clerc et le Senechal de Beaucaire salut
nous avons entendu que plusieurs de nos domaines
et de nos autres droitures ont eté soustraits
recellés et occultés es parties de la ditte
Senechaussée et du Renoz par fraude
barat et malice d'aucuns et par le
negligences et deffauts de nos officiaux et
des officiers de nos devanciers qui ont eté
pour le temps et que plusieurs echangeurs de

et marchands et autres gens desd.es Parties ont porté billon hors de notre Royaume et abusé de nos Monnoyes en moult de Manieres contre les Edits et ordonnances de nous et de nos d. Predecesseurs Roys de France, pourquoy nous desirans a pourvoir sur ces choses de Remede convenable nous mandons et Commandons que sommairement et de plein sans dilation ny figure de Procez appellé notre Procureur et ceux qui seront a appeller vous enquerrés des choses dessus d.es diligemment la verité, et ce que vous trouverez estre soustrait, occulté et Recellé induement de nos droits, Ramenés et faites Ramener a notre domaine et les personnes que vous trouverés estre coupables de ces choses et d'avoir porté billon hors de notre Royaume ou avoir abusé de nos monoyes ou autrem.t contre les d.es ordonnances punissés et Corrigeassiés si comme le cas le Requiert Civillement et sé doute vous avenoit ez

choses dessusd.es ou en aucunes d'icelles et s'ils en vouloient faire composition si recevés lesd. parties a composition si que vous verrés que faire sera et en donnés vos lettres lesquelles nous confirmerons si en sommes requis, donnant en mandement a tous nos sujets et justiciers qu'ils vous obeissent es choses dessusd.es et en aucunes d'icelles, donné a Paris le unzieme jour de juin l'an de grace mil trois cent trente,

Necnon et coram nobili viro domino Bertrando Jauterii milite et locum tenente nobilis et potentis viri domini hugonis quieves militis senescalli Bellicadri et Nemausi et inquisitione facta cum eodem Philippo per dictum dominum locum tenentem et eo reperto suspecto, dictus dominus locum tenens invenit dixerit se habere aliquales presumptiones et indicia ad questionandum dictum Philippum

Remansit tamen a praedictis quia se
praesentaverat in habitu clericali
et de titulo fidem faciebat sufficienter,
verum quia dictus dominus locum
tenens dicebat quod curia Regia
habebat de consuetudine et saisina
contra Clericos Conjugatos inquirendi
et processus complendi et ubi
appareret diffinitionem esse
Criminalem suo ordinario
remittendi et eisdem penes regiam
Curiam retinendi dictus Philippus
per interpositam personam
Raymundi de Lexis avunculi sui
Examinationem illam voluit
Expectare sed quamvis innocens
esset (ut dicit) a sibi impositis,
volens tamen redimere laborem
et expensas cum sit pauper homo
et vitare carceris pressuras
supponit se misericordiae dicti

Senescalli et dominorum praedictorum
et ad Compositionem se admitti
humiliter supplicavit, dicti vero
domini Petrus et Gerardus attendentes
quod non poterant juste procedere
contra dictum Philippum per
quaestiones criminales quod non
Erant sufficientes praesumptiones et
quod erat clericus cum unica Et
Virgine conjugatus et deprehensus
in habitu Clericali et quod
humiliter se duxerat Curiae
praesentandum et aliis attendendis
Reservata in omnibus voluntate
Et dispositione Regias et dicti
domini Senescalli cum Consilio
Etiam et consensu Venerabilium
Virorum dominorum
Thoma de S.[ts] airam-eis Bernardi
de Codols, Stephani de Cabanis
Legum doctoris magistrorum

Roberti L'Enfant et Guillelmi Boucerii
Juris peritorum procuratorum Regiorum
domini Stephani de Montefenie Judicis
Nemausi et plurium clericorum domini
Regis Raymundum de Lezis Vice et
nomine dicti Stephani dimiserunt ad
Compositionem centum quinquaginta
Librarum Parvarum Solvendarum
domino Regi vel Ejus thesaurario
nemausi immediatè videlicet quinquaginta
Libras et in Festo Sancti
Michaelis et alias quinquaginta
Libras et in Festo Natalis
domini proximo alias quinquaginta
Libras turonenses pro omni
Emenda ad quam domino Regi
Teneri potest pro praeministis ab
omni quidem majori Pena et
alia qualibet absolvendo eundem
de quibus dictus Raymundus
Petiit sibi fieri publicum

Instrumentum

Acta sunt haec nemausi in hospitio thesauri Regis praesentibus Testibus omnibus quibus supra et Magistro Petro textoris jurisperito de Montepessulano et me Petro de Montibus publico autoritate Regia notario qui mandatus a dictis dominis et requisitus a dicto Raymundo hanc cartam scripsi et signavi,

Et ad Majorem praemissorum firmitatem habendam nos dictus Petrus Cominarius sigillum nostrum proprium apponimus, Et nos Bertrandus Planterii miles et locum tenens praedictus sigillum Regium offio Senescalli apponi fecimus huic praesenti

Publico instrumento

Nos autem dictas Litteras et omnia et singula in eisdem contenta Rata habent et grata ea volumus Laudamus, approbamus, et Ratificamus et de speciali gratia tenore praesentium confirmamus. Mandantes, Senescallo Bellicadri et Nemausi praeposito parisiensi caeterisque justiciariis et commissariis qui nunc sunt et pro tempore fuerint aut eorum Locatenentibus et quatenus dictum Philippum et Praefatis absolutione et gratia nostra uti et faciant pacifice et gaudere, et contra ejus formam et tenorem eumdem Philippum minime molestare praesumant. Et si quid factum fuerit in contrarium ad statum pristinum et debitum

judicatae Reducam

Quod ut firmum et stabile perseveret nostrum sigillum praesentibus litteris duximus apponendum salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno,

Actum et datum apud nemus Vicennarum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto mense februarii

Per dominum Regem ad relationem domini Berangarii de Monte alto